



M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 3. Emendatus versus ex Asinaria Plauti, & locus quidam Appuleij in
Floridis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](#)

tamen verisimilius esse arbitror, Horatium haec
que in re Archiloghi, ad cuius se imitationem fuisse
comparauerat, similem esse voluisse. siquidem de
ut alia turpiter à se facta, quod apud Alianum he
mus, prædicauerat, ita cum in prælio aduersus
Thraciæ populos eadem ratione expediisset fabri
suam, notum id posteris suo ipsius præconio esse
luit: cecinitque hoc modo:

*Aστιδί μὲν Σάιων τὸς αὐγάλεος, ἦν φέρεται θάμων
Επτὸς ἀμάρυπτον καλλιπόντον εἰς ἑθέλων.*

*Ψυχὴ δὲ ἐξεσάσαστη φυγὴν ἀλλ' αὔτης ἐκεῖνη
Ἐρρέπετο. οὐδὲ τούτης κτύσουμεν εἰ νοοῦμεν.*

Ita enim eos versus lego; et si aliter Alciatus, sed
ille bello ferox, ille tyrannorum exactor. Alci
quem etiam quod inferos, ut hinc ait, canentem pugna
& exactos tyrannos mirantur Umbrae, non ita
prodigus animæ, ut non fugere aliquando malorem
quam mori: qui & ipse, ne hoc nesciremus, venisse
id suis mandauit, ut auctor est Herodotus in Terpsichore:
in quo malitiam quandam Herodoti
Plutarchus. ita ut videatur οὐ φιλοψυχίᾳ ποτέ
quasi quidam morbus: possintque ad multos com
accommodari, quæ apud Homerum Veneri lupo
ter dicit:

*Ἐστι τέκνον ἔμπον δέσποτας πολεμίας ἥρα.
Αλλὰ σύ γε ἴμερος κτη μετέρος χρονος ἥρα γάμου.
Ταῦτα δέ τερποι θεῶν, οὐδὲ άθηναν πάντα μελίσσου.*

*Emendatus versus ex Asinaria Plauti, & locus quidem
Appuleij in Floridis. C. A. P. III.*

*Locus est Plauti in Asinaria ita scriptus in or
nibus, quæ mihi quidem videre contigerunt
exemplaribus.*

Proprietas

Proficisci. hoc nunc dixerim. nemo etiam me accusauit
Merito meo. neque me Athénis est aliter hodie quisquam,
Cui credi rectè aquæ putent.

In quem homo eruditissimus, & de quo inter eos qui
poëtam illum emendare aggressi sunt, propemodum
dici potest, ΟΙΩΝ ΠΕΙΡΑΙΩΝ, hæc nōtavit. Mendum hoc
est, & in nostro scriptura depravata, etiā interpolatio-
ne litterarum: quæramus ergo emendationem. Ego
autem, quemadmodum ei loco medicina facienda sit,
iamdudum reperisse mihi videor: in quo, num quid
ipse me fallam, alij iudicabunt. Vetus erat opinio, pe-
niculum esse aliquod à fascino, vbi quis impensius aut
laudaret ipse se, aut præsens ab alio laudaretur. Eius
rei cauſas, quoniam alij & curiosè quæsierunt, & co-
piosè tradiderunt, nunc persequi non est operæ. Sed
ex ea opinione receptum erat, vt in laudando plerun-
que adderent vocem præfiscine, aut præfiscini, qua inui-
diam & fascinum à se amolirent ac deprecarentur.
Quale est, quo etiam hodie utimur, Dicto absit inui-
dia. Est autem præfiscine, aut præfiscini, idem quod μῆ-
νεβαργίν. Cūm igitur magnificè de se locuturus
esset veterator ille, cuius ea apud Plautum verba sunt,
quasi inuidiam à se amoliri cupiens, ait,

Præfiscini hoc nunc dixerim.

Neque enim dubito quin ita legi oporteat. Huius
vocis citantur exempla hæc à Charisio. Titinnius in
Setina:

*Paula mea, amabo pol tu
Ad laudem addito præfiscini, ne puella fascinetur.*
Afranius in Consobrinis:
Sic habitum ita ut nunc obiret, præfiscine.
Sed & apud Appuleium multo eruditorem, multoq.
pluris faciendum scriptorem, quam vulgè putant,

P. 3 locus

Muretti
Lectiones
LIB
25

locus est eiusdem vocis ignoratione corruptus libro tertio Floridorum. Igitur, quod difficile factu erat, quidque re vera arduum nobis existimabatur, gratum esse populo, placere ordini, probari magistris, & principiis, præfusione dixerim, iam quod ammodo mihi obiigit. Præfusione enim, non præfusione, eo loco legendum est. Lampadem hæc scripsoram, cum ad me Tibur allare litteræ ab Oberto Giphanio homine in primis emto, in quibus scriptū erat, Quod vulgo apud Gellium libro decimo Noctium Atticarum, & eius libri cap. **xxiiii.** legitur *pristini* & *pristine*, in Veteribus *præfiscini*, & *præfiscine*. certeque in vetere Macrobio quem mihi commodauit Hercules Ciofanus Sulmonensis, ubi illa omnia ex Gellio, ut solet Macrobio descripta referuntur, legitur *fiscine* & *fiscini*, depravatis quidem, ied tamen manifestis rectæ scriptis vestigiis.

De loco quodam ex Odis Horatij.

CAP. **III.**

OMINOSVM esse crediderunt veteres illi, veris religionis ignoratione occæcati, occursum serpentis, viam qua quis iter facturus esset quasi diffidantibus; exque ea superstitione dictum ab Horatio est.

Rumpat & serpens iter institutum.

apertius autem etiam idem cognoscitur ex Helioconii suauissimi scriptoris, Æthiopicō libro tertio, vbi legitur: αὐτὸι δὲ ἀρπα τὸ κόμμας εἰπτες γεγούτες, οὐ τὰς ἔργα τὰ νείλαν φέρουσιν, ιρηνόθειλον ὄφων. Λόπος δέ τοιούτοις ἀποτελεῖται περπάντος, οὐ τῷ πειράρχῳ τὰ πυταμά. Καὶ δέ τοιούτοις παταδυθενον. οἱ μὲν δὴ ἄλλοι συνίδος τε καὶ ἀποτελεῖται ποθεν ἕγγρον. πολὺ δέσπου ὁ καράστεις κάλυμμα ποτε τοιούτοις παταδυθενον. Sed hoc aut nihil est, quod ipse quoque non inuitus fatebor, aut, si non prorsus inc-

gum
le iam
aduerit
A
non in
perind
quis be
in lyra
y rou
épous
T h u e
terean
éle en
detur,
sed n
200-
quam
car A
artific
artific
Lamp
Mene
niens
stros
dem
qui n
Antip
er co
prof